

CLARISSIMO ET NOBILISSIMO
DN. CHRISTOPHORO BERGHAUERO
D. MICHAEL ALBERTI

Ευπράττεν.



Deò antiqua illa pietas, nec inutilis peroratio, sed ne tam pensitanter & per veras Philosophandi rationes exculta, plus minus verò per religiosam & simplicissimam superstitionem æstima ta, inter mortales deprehenditur *Natura*, ut eandem famosioribus alias idolis & oraculis accensere, non prohibeat religionis & cultus, quibus ipsa adornata constat, frequens & solennis conspectus; quantis vero & ipsa *hyperbolicis* imò rectius *σπερμολογίας* in recentioribus ævis, rusticâ Philosophâ fuerit deprædicata, aut melius conspurcata, cuilibet *historia* gnaro facilius innotescit. Deploranda sane res est, quod præcox hominis mens ut plurimum ad *extrema* prolabatur, & vel *nimum agendo*, imaturam quid quod temerariam prodigalitatem suæ *credulitatis & libertatis opinandi* sistat, exhibeatque; vel *parum* aut plane *nihil* contribuendo tantam etiam in rebus conspicuis, & manibus ut ajunt palpabilibus *σκληροκαρδίαν* rigorosè foveat; ita sane in hoc negotio cum maximo scientiarum detrimento luctuose dolendum est, quod in debitis rerum respectibus hujus agentis primarii non digna & accurata habita sit pensitatio; sed vel eandem aut *omnibus applicando*, aut *omnibus denegando*, tempus & labor teratur: A priori in omnium fere ora radicata est hujus *Natura* appellatio, ut quicquid hodie per suas causas in debita convenientia demonstrari debuerat, non nisi naturam accusando, pensum eruditionis in qualibet re absolutum videas. Aut quod simplicius & forte etiam certius dictum sit, ignorantia rei cum *natura* incusatione, purgatur, quod rustica Philosophia enunciat: es hat seine *Natur*: paulo altioris verò conditionis extra plebem positi & de majori sapientia fantes homines, asserunt: es hat seine *Natur* so. A posteriori ministras & vicarias causas

tot